



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 39. Prosperi Caffareli Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII.  
A. C. 1659.

§. XXXVIII.

*Aloysius Capponius Cardinalis  
mortuus.*

**B**iduo post ibidem obiit Aloysius Capponius Nobilis Florentinus, puer adhuc tam mira ingenii præsentia floruit, ut quæcunque ab ejus Preceptoribus traderentur, celeriter acciperet, & fideliter meminisset. Recabat Romæ jurisprudentiæ studio doctoris lauream promeritus: Eminens præterea in eo rara indoles, virtutum amor, rerum gerendarum dextertate ac solertia, quas ob dotes, & præcipue ob morum probitatem, & constantissimam prudentiam a Principibus summisque Pontificibus certatim amabatur, atque in multorum oculis complexu tenebatur: Unde a Leone XI. Apostolicæ Cameræ thesaurarius, a Paulo V. Cardinalis, & Bononiensis Legatus, a Gregorio XV. Ravennatis Archiepiscopus, & ab Innocentio X. Bibliothecarius renuntiabatur. Tandem vero meritis & annis plenus tam cum Purpura exiit.

§. XXXIX.

*Prosperi Caffarelli Cardinalis  
extrema.*

Postur

Postremus ex Cardinalibus hoc anno Sæc. XVII.  
 defunctis erat Prosper Caffarellus A.C. 1659.  
 patria Romanus, Vir sincerus & inte- Ciacon. in  
 ger, atque ab Aulicorum simulatio- vita Innoc. X.  
 nibus longe alienissimus. Rexerat Pon-  
 tificum jussu præcipuas ditionis Eccle-  
 siasticæ urbes, necnon Picenam Pro-  
 vinciam. Præfuit etiam Cardinalis ab  
 Innocentio X. creatus, variis Congre-  
 gationibus, ubi fidem & industriam  
 suam in dandis & regendis consiliis,  
 & constituendis, gubernandisque ju-  
 diciis de Ecclesiæ salute probatam red-  
 didit. Tandem vero Romæ die deci-  
 ma quarta Augusti apoplexia tactus  
 vitæ finem fecit, sepultus in Templo  
 S. Mariæ super Minervam.

## XL.

*Duo Cardinales a Papa Alexan-  
dro VII. creati.*

Horum jacturam compensabat Ale-  
 xander VII. Pontifex, dum die  
 decima Novembris duos Cardinales e-  
 vulgaverat: Horum primus erat Anto-  
 nius Bichius Patritius Senensis, qui  
 Cardinalis Presbyter titulum S. Augu-  
 stini obtinuit. Alter erat Sfortia Pal-  
 lavicinus Jesuita, Cardinalis Presbyter  
 titulo S. Susannæ.